Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36450
Copyright: Melk, Benediktinerstift

71

et eundem episcopum ut prediximus. ut enim dic-
tum est. statim factus est sanus. Volens
igitur mercedis retributor deus con-
pere eum simul ante et admunificatione
contribulati et compassionem exigere. osten-
dit ei eadem die dormienti post pran-
dium patriarche in sompnis. qua mercede
privatus esset. Vidit enim ut ait do-
mum cuius pulcritudine atque magnitudi-
nem non potest ars hominum imitari.
et ianuam huius totam auream. et supra ia-
nuam titulum conscriptum. mansio eterna
trophi episcopi. Cum ergo hec legissem inquit
gavisus sum. Credebam enim donan-
dam michi ab imperatore talis domus epula-
tione. Non diu enim huiusmodi tituli
superscriptione perlegeram. et ecce quidam regis
cubicularius habens securim et alios ob-
sequii divini. cum pervenisset ad tale
nitentis domus ianuam. dixit ad propositos
officiales. Deponite titulum. Et cum de-
posuissent iterum dixit. Mutate eum
et ponite quem misit rex orbis terrarum.
Et attulerunt et fixerunt aliud me ait a-
spiciente superscriptum ita. Mansio eter-
na ac requies iohannis archiepiscopi alexandrie
empta auri libris xxx. Et cum hec vi-
disset surrexit a somno. et magno sibi
mox pastori. que visa sunt narravit
proficiens et ipse de causa. Factus est enim
ex tunc elemosinator.

Dominus qui divicias iob tempore
quodam abstulit. facit simile et
huic omni bonitate pleno iohanni. Na-
vibus enim sanctissime ecclesie sue conprehen-
dentibus violentibus hyeme in loco qui
dicitur adria perierunt omnia sua que na-
ves portabant. Erant vero omnes na-
ves eius simul. Erat enim summa mul-
ta valde enthecarum suarum. Habebant

enim tantum vestimenta et argentum. et
alias res aliores. ut computaretur pon-
dus quod venit in perditiones quantitatis
centenariorum xxxiiii. Plus enim erat
quam xiii naves capientes per singulas
x milia modiorum. Venientibus ergo a-
lexandriam et pergentibus statim reliqui
creditores. et primi naute in ecclesiam con-
fugerunt. Sanctus vero hec audiens. et
causam propter quam fugerant. mittit eis
manibus suis verbum scriptum habens
ita. Dominus dedit fratres. dominus ut voluit ab-
stulit. sicut domino placuit ita factum est. sit
nomen domini benedictum. Exite filii. ne
ex hoc vereamini. dominus enim sollicitus erit
de crastino. Ascendit itaque pene di-
midium civitatis in secretum. die autem
altero volentes consolari nobilem istum
Ipse vero preoccupans. cepit omnibus
dicere. Nequaquam o filii et fratres causa
navium difficultatibus tristemini. Nam
credite humilis iohannes invectus est cul-
pabilis. quippe si extollentiam non ha-
berem. nullo modo hec proferrem. Sed quia
extollebar in his que dei erant. ex-
estimabam quod magna opera facere dis-
qua hominum erant. hec mihi evenit. Vo-
lens ergo deus ut intelligerem. hec permisit.
Elemosina enim non vigilantem plerum-
que extollentiam elevat. Innuit vero
casus humiliat sustinere. Ait enim
divina scriptura. Paupertas virum
humiliat. et iterum david hec sciens dicebat.
Bonum mihi quod humiliasti me. ut dis-
cam iustificationes tuas. Dum itaque
malorum factus sum noxius. quia dictione
meam perdebam per vanam gloriam. et qui per
iniuriam meam perdite sunt tante pecunie
et habeo nunc iudicium animarum que
mortue sunt. Verum dilecti qui tunc tempore